

1214.

1298 d. . .

Söderköping.

Enkan efter Lars af Snytringe RAGNHILDS bref med tillkännagifvande af sättet, hvarpå tvi-
sten mellan henne och hennes måg Herr Birger Petersson blifvit bilagd.

A. 6. a. 2. 36.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris RAGNILDIS relictæ lau-
rencii quondam de snýtringe, salutem in domino sempiternam, Constare volo
singulis per presentes, questionem inter dilectum generum meum dominum
Býrgherum pætærsøn & me ad tempus habitam & versam, Taliter fuisse termina-
tam, Ita quod Eideri dilecto genero meo domino B. dimiseram tres solidos terre
cum dimidio in vnø sibi suisque heredibus in perpetuum proprie possidendos
Insuper prefatum dominum B. reddideram liberum ex prouentibus affræd
dictis prouenientibus de insula supradicta quos ad me pertinere putabam, Racio-
ne mediatorum discretorum videlicet dominorum Aberni sixstenson, lauren-
cii bobærgh. Magni karlson quorum sigilla pariter & meum hiis in testimo-
nium presentibus sunt appensa. Datum suthrcopie in domo fratrum mino-
rum crastino octae beate virginis marie, Anno domini M. CC° XC° VIII.

Remsorna efter 4 sigill finnas.

1215.

1298 d. . .

Högby.

JON INGEVALDSSONS och FCLKE JONSSONS betyg, att Rörik i Tuna genom byte kommit i lag-
lig besittning af några Folkes och Fröken Ragnborgs gods.

J. 6. 1.

Omnibus præsentes literas visituris vel audituris ION INGWALDSSON, FULKO
IONSSON. Salutem in Domino. Tenore præsentium omnibus in notescat quod
Dominus Röricus in Tunum, habuit de nobis, sub Titulo Cambij, et le-
gato permutationis secundum leges Patriæ. dimidiæ marcham terræ, in
Hwssaby marcham, duas autem oras terræ, abute de nobis, quæ attinebant
puellæ fulconis Jonssons, Domicellæ Rangburgis, & in eadem parochia vi-
delicet oram terræ, in Bergby, et oram terræ in Lundby, Et quod ipse Domi-
nus R. & hæredes sui, irrevocabiliter terram possideant supradictam. In cuius
Facti Evidentiam pleniorem sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum
Anno Domini M. CC.XC. VIII. In Högby. Feria secunda proxima post In-
ventionem beate Mariæ.

Sigillet finnes derunder afritadt.